

In te Domine speravi (Salmo 30)

1 In te Domine speravi non confundar in aeternum in iustitia tua libera me

2 inclina ad me aurem tuam accelera ut eruas me esto mihi in Deum protectorem et in domum refugii ut salvum me facias

3 quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu et propter nomen tuum deduces me et enutries me

4 educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi quoniam tu es protector meus

5 in manus tuas commendabo spiritum meum redemisti me Domine Deus veritatis

6 odisti observantes vanitates supervacue ego autem in Domino speravi

7 exultabo et laetabor in misericordia tua quoniam respexisti humilitatem meam salvasti de necessitatibus animam meam

8 nec conclusisti me in manibus inimici statuisti in loco spatioso **pedes meos**

9 miserere mei Domine quoniam tribulor conturbatus est in ira oculus meus anima mea et venter meus

10 quoniam defecit in dolore vita mea et anni mei in gemitibus infirmata est in paupertate virtus mea et ossa mea conturbata sunt

11 super omnes inimicos meos factus sum obprobrium et vicinis meis valde et timor notis meis qui videbant me foras fugerunt a me

12 oblivioni datus sum tamquam mortuus a corde factus sum tamquam vas perditum

13 quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu in eo dum convenirent simul adversus me accipere animam meam consiliati sunt

14 ego autem in te speravi Domine dixi Deus meus es tu

15 in manibus tuis sortes meae eripe me de manu inimicorum meorum et a persequentibus me

16 inlustra faciem tuam super servum tuum salvum me fac in misericordia tua

17 Domine ne confundar quoniam invocavi te erubescant impii et deducantur in infernum

18 muta fiant labia dolosa quae loquuntur adversus iustum iniquitatem in superbia et in abusione

19 quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine quam abscondisti timentibus te perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum

20 abscondes eos in abdito faciei tuae a conturbatione hominum proteges eos in tabernaculo a contradictione linguarum

21 benedictus Dominus quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita

22 ego autem dixi in excessu mentis meae proiectus sum a facie oculorum tuorum ideo exaudisti vocem orationis meae dum clamarem ad te

23 diligite Dominum omnes sancti eius quoniam veritates requirit Dominus et retribuit abundanter facientibus superbiam

24 viriliter agite et confortetur cor vestrum omnes qui speratis in Domino

1 In te, Signore, mi sono rifugiato, mai sarò deluso; difendimi per la tua giustizia.

2 Tendi a me il tuo orecchio, vieni presto a liberarmi. Sii per me una roccia di rifugio, un luogo fortificato che mi salva.

3 Perché mia rupe e mia fortezza tu sei, per il tuo nome guidami e conducimi.

4 Scioglimi dal laccio che mi hanno teso, perché sei tu la mia difesa.

5 Alle tue mani affido il mio spirito; tu mi hai riscattato, Signore, Dio fedele.

6 Tu hai in odio chi serve idoli falsi, io invece confido nel Signore.

7 Esulterò e gioirò per la tua grazia, perché hai guardato alla mia miseria, hai conosciuto le angosce della mia vita;

8 non mi hai consegnato nelle mani del nemico, hai posto i miei piedi in un luogo spazioso.

9 Abbi pietà di me, Signore, sono nell'affanno; per il pianto si consumano i miei occhi, la mia gola e le mie viscere.

10 Sì logora nel dolore la mia vita, i miei anni passano nel gemito; inaridisce per la pena il mio vigore e si consumano le mie ossa.

11 Sono il rifiuto dei miei nemici e persino dei miei vicini, il terrore dei miei conoscenti; chi mi vede per strada mi sfugge.

12 Sono come un morto, lontano dal cuore; sono come un cocciolo da gettare.

13 Ascolto la calunnia di molti: "Terrore all'intorno!", quando insieme contro di me congiurano, tramano per togliermi la vita.

14 Ma io confido in te, Signore; dico: "Tu sei il mio Dio, 15 i miei giorni sono nelle tue mani". Liberami dalla mano dei miei nemici e dai miei persecutori:

16 sul tuo servo fa' splendere il tuo volto, salvami per la tua misericordia.

17 Signore, che io non debba vergognarmi per averti invocato; si vergognino i malvagi, siano ridotti al silenzio negli inferi.

18 Tacciano le labbra bugiarde, che dicono insolenze contro il giusto con orgoglio e disprezzo.

19 Quanto è grande la tua bontà, Signore! La riserbi per coloro che ti temono, la dispensi, davanti ai figli dell'uomo, a chi in te si rifugia.

20 Tu li nascondi al riparo del tuo volto, lontano dagli intrighi degli uomini; li metti al sicuro nella tua tenda, lontano dai litigi delle lingue.

21 Benedetto il Signore, che per me ha fatto meraviglie di grazia in una città fortificata.

22 Io dicevo, nel mio sgomento: "Sono escluso dalla tua presenza". Tu invece hai ascoltato la voce della mia preghiera quando a te gridavo aiuto.

23 Amate il Signore, voi tutti suoi fedeli; il Signore protegge chi ha fiducia in lui e ripaga in abbondanza chi opera con superbia.

24 Siate forti, rendete saldo il vostro cuore, voi tutti che sperate nel Signore.